UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

finitio uocabuli ſe aliter non habeat, ut in l. 1. ff. de teſtam. & Inſti. eod. & habetur per Bart. & alios in l. 1. in
30 prin. ff. de acq. poſſ. Sed † propriè loquendo mendicãtes dñr, qui ex præcepto, uel conſtitutionibus regulæ tenentur mendicare, & proprium ẽt in cõi hr̃e non poſſunt, & hæc duo copulatiuè requiruntur ad tradita per Domin. in d. c. unico. §. confirmatos. qui dicit hanc eſſe diffinitionem, quamuis de facto aliter contingat, ut quia de facto non mendicent, uel de facto, ſeu ex priuilegio poſſeſſiones habeãt, ut declarat idẽ Domin. in d. c. non ſolum. in 4. col. poſt Lap. in ſua allegatione 4. Vel ſaltem dicuntur mendicantes propriè illi, qui ex præcepto, & conſtitutionibus regulæ mendicare tenentur ad tradita per Imo. in l. Titiæ textores. in prin. ff. de leg. 1. Ergo ad ethymologiam uocabuli non eſt recurrendum. ¶ Vel ſecundò, redeundo ad dictam quintam oppoſitionem, illi reſponderi poteſt, quòd profeſſio in caſu noſtro facta fuit poſt annum probationis, & non infra, ut colligi poteſt ex deductis in proceſſu, quia dictus Fr. Ioannes Baptiſta die prima Nouembris induit ſe habitu religionis, ut religionem probaret, poſtea donationem fecit circa finem menſis Auguſti anni ſequentis, & conſequenter tempore donationis ſteterat cã probandi religionem per decem menſes, uel circa, prout ẽt ipſe ſic dixit, & confeſſus fuit, ac iurauit, ut legitur in inſtr̃o donationis, deinde die 11. menſis Nouemb. poſt donationem factam profeſſus fuit expreſsè in dicto monaſterio, & ſic clarè conſtat ipſum per annũ integrũ, & ultra ante profeſſionem feciſſe probationem, & ita ſecundum prædicta in terminis conſuluit Cal. in conſ. 114. inci. Super dubitationem articulus ſ̃m ordinem libri mei antiqui non impreſſi. ¶ Sextò principaliter non obſt. (tenendo, ꝙ Ieſuati debeant, ut mendicantes, profiteri) ꝙ ex profeſſione dicti Fr. Ioannis Baptiſtæ ipſe non debet dici ẽt in genere religioni obliga-
31 tus: & ideò poterit liberè ad ſeculum redire, quia † ex profeſſione expreſſa facta infra annum probationis in ordine mendicantium quis religioni in genere obligatur, quando intendit, ſeu uoluit ſe obligare religioni nedum in ſpecie, ſed ẽt in genere, ſecus ſi ſolũ intendit, & uoluit ſe tantũmodo ordini, & religioni in ſpecie obligare, & ita intelligatur tex. in d. c. non ſolum. & in d. c. conſtitutionem. ibiq; Domin. poſt Lapum, quia pro reſponſione dici põt, ꝯ̃rium de iure verius eſſe. per tex. in d. c. non ſolũ. & in d. c. conſtitutionem. quæ iura loquũtur general̃r, ergo general̃r ſunt intelligenda. l. de pretio. ff. de public. l. in fraudem. in fi. ff. de mili. teſta. & ita eſt de mente Io. And. Archi. & aliorum cõiter ibi. Secundò ſi in terminis noſtris benè conſideretur forma profeſſionis, manifeſtè conſtabit illam fuiſſe factam animo ſe obligandi ẽt religioni in genere, quia promiſit nedum priori Ieſuatorum, ſed ẽt Deo oĩpotenti, & Beatæ virgini tria ſubſtantialia regulæ, & ſeculo renunciauit, & conſequẽter eius intentionis fuit uelle ſe religioni in genere, & in ſpecie obligare. Sed ſi præſupponamus, prout verum eſt, fratres Ieſuatos non teneri profiteri eo mõ, quo profitentur fratres mendicantes, uel profeſſionẽ fuiſſe factam poſt annum probationis, ut ſupra dictũ fuit, tunc ceſſabit obiectum, quia profeſſio de iure valebit, & profeſſus dicetur obligatus religioni in ſpecie, & ſic ordini Ieſuatorum, per tex. in d. c. conſtitutionem. in fi. uer. ibiq; Domin. ¶ Vltimò non obſt. ꝙ
32 † Ieſuati oẽs ſint conſtituti in pc̃tõ mortali, quia profitendo in illo ordine dñr facere ꝯ̃ prohibitionem canonis, cum talis ordo non ſit de approbatis, ut in d. c. unico. de relig. do. in 6. & in c. fi. extra eo. tit. unde ipſi non dñr perſonæ religioſæ, nec eccleſiaſticæ, ut uolũt Scrib. & ibi Abb. in c. nullus. de fo. comp. Qm̃ pro ſolutione dicas, ꝙ profitendo non faciunt ꝯ̃ prohibitionem canonis d. c. fi. & d. c. unici. de relig. do. quia illa iura locum habent ſolum in mendicantibus, & iis, qui religionem nullo modo approbatam ingrediuntur, ut declarat Domi. in d. c. unico. ſed ordo Ieſuatorum non eſt de mendicantibus, & eſt approbatus per ſedem Apl̃icam, ut ſupra probatum fuit, ergo quis in illo ordine profitendo non dicetur peccare, ſed efficietur perſona religioſa, & eccleſiaſtica. arg. c. unici. de uo. & eorum, quæ Ant. de But. in d. c. meminimus. qui cle. uel uo. ¶ Et ſic ex prædictis ſtat firma concluſio, ꝙ fructus ſequeſtrati, oĩum bonorum, ac ẽt rei donatæ ſint relaxandi fratribus Ieſuatorum, & illi tanq̃ ueri, & indubitati poſſeſſores dictæ rei donatæ, & omnium bonorum dicti fratris Ioannis Bapt. in ſatiſdatione præſtanda ſint præferendi, & præcipuè, quia negari non põt, quin ſaltem ex prædictis res inter ipſos
33 litigantes dubia reddatur: & ideò † in fauorẽ religionis ꝯ̃ commodum priuatum facienda eſt interpretatio. l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. fu. & habetur per Bar. in auth. ingreſſi. col. 13. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Conſtitutio iuſta, & bona eſt ſeruanda.*
2 *Monachi priuati prioratibus, prælaturis; & alijs officijs, quæ poſſidebant, an reſtitutionem petere poſſint. & nu. 14.*
3 *Priores, & Abbates conuentuales, ſeu clauſtrales poßunt abſque cauſa ad ſolum nutum ſuperioris remoueri. Quid ſi ex malitia, & odio, & ex iniuſta cauſa remouerentur, quomodo illi ſuccurratur. nu. 9. & 15. Et quomodo de hac malitia, & iniuſta cauſa conſtare dicatur. nu. 10.*
4 *Præuaricatores, & contemptores ordinis alicuius religionis, quomodo ſint puniendi.*
5 *Monachi denunciantes ſuum Abbatem, & ſuperiorem, & inſtantes ſuper correctione, & reformatione ordinis, tàm in capite, quàm in membris, non poſſunt per Abbatem denunciatum priuari, aut aliter puniri, ſi iam negotium ſuper dicta correctione, & reformatione ſit cæptum, & priuati ſunt ex officio Papæ reſtituendi, & pœnę contra illos latæ relaxandæ.*
Et quando negotium dicatur cæptum. nu. 13.
6 *Subditus ſi accuſauerit, ſeu denunciauerit ſuum ſuperiorem de crimine, et iam inter ipſos ſuper hoc, & correctione illius negotiũ ſit cæptum, & pendeat, debet hic ſuperior accuſatus, ſeu denũciatus ab omni proceßu contra ſubditum abſtinere, per quem principalis negotij proſequutio impediretur.*
7 *Monachi denunciantes Abbatẽ, & ſuum ſuperiorem, & inſtantes ſuper correctione, & reformatione, ſi expenſæ, illiſq; neceſſaria ab Abbate denegarentur, poſſunt propria auctoritate, inuito Abbate, de bonis monaſterij capere, ſibiq; prouidere.*
8 *Minor pars capituli pro utilitate, et bono monaſterij præfertur maiori parti.*
9 *Ad Papam, omiſſo quocunq; medio, recurſus haberi poteſt.*
10 *In negotio Papæ, & corã illo iam cœpto etiam ſuper incidentibus, & dependentibus alius inferior ſe intromittere non poteſt.*

EPITOME habetur ſupra in ſumm. ſub nu. 6.

CASVS CONSILII.

PENDENTE, *ſeu cœpto negotio ſuper correctione, & reformatione, tã in capite, quàm in membris facienda in regula monachorũ S. Benedicti, & præſertim ad inſtantiam venerandorum Patrum Fratris Vincentij Abbatis S. Petri de Eugubio, & fratris Ioannis Baptiſtæ Prioris Sancti Michaelis de Scarchalaſino, eiſdemq́; adhærentium, Reuerendus Dom. Hippolytus de Mediolano, Abbas generalis totius congregationis, unà cum Prælatis dicti ordinis eidem adhærentibus, & cum uoluntate Reuerendiß. Cardinalis Protutoris, de qua conſtat per quaſ-*

dam

dam literas præfati Reuerend. D. Protectoris priuauit,
& remouit dictos F. Vincentium ab Abbatia prædicta,
& Fr. Ioannem Bapt. à prænominato Prioratu ſub præ-
textu, quòd ipſi contrauenerint cuidam cōſtitutioni di-
cti ordinis, quæ emanauit contra turbantes pacificum
ſtatum dictæ religionis, & contra eos, qui malitioſè of-
ficio Abbatis generalis ſe opponerent, eidemq́; Abbati re
ſiſtendo obedientiā denegarent, & ſe totaliter rebella-
rent, prout latius in dicta conſtitutione cōtinetur, &
declarauit ipſos incurriſſe pœnas in dicta conſtitutio-
ne contentas, quæ ſunt infamia, & quòd quis per-
petuò ſit omnino priuatus officio Abbatiæ, prioratus,
& cuiuſcunque dignitatis, officij, & honoris dictæ re-
ligionis, nec uocem habeat in capitulo: nec non idem
Reuerendus Abbas generalis quoſdam alios mona-
chos dictis fratri Vincentio, & Ioanni Baptiſtæ ad-
hærentes uoce actiua, & paſſiua priuauit: dubita-
tur nunc, an talis priuatio, amotio, & declaratio de iu-
re fieri potuerit, & facta an ſit reuocanda, & aduerſus
illā præfati fratres, eiſq́; adhærentes ſint ad eorū præla-
turas, & prioratus, officia, & ad omnia alia reſtituēdi,
quibus priuati, & amoti fuerunt, non obſtante dicta cō-
ſtitutione, ac declaratione poſtea ſubſequuta.

CONSILIVM XXX.

VIDERETVR vtique in propoſita facti ſpe-
cie, & dubitatione prima facie dicendū,
ꝙ priuatio, & amotio, ac declaratio ualue-
rit, & ꝙ præfati fratres, & monachi, illiſq́;
adhærentes ſic amoti, & priuati perpetuò debeant eſ-
ſe priuati, & non ſint ad eorū prælaturas, nec ad ius
dandi uocē in capitulo reſtituendi, & hoc ex verbis di-
ctæ conſtitutionis, cui dñr ꝯueniſſe, illiuſq́; pęnas in-
1 curriſſe, † quæ conſtitutio tanq̃ iuſta, & bona eſt ſeruā-
da. argu. c. cum oēs. & c. ex parte. de conſtit. c. 1. & c. ex
2 ore. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Præterea † præfati fra-
tres, & eiſdem adhærentes non debent reſtitui ad eo-
rum prælaturas, officia, & prioratus, & ad ius dādi vo-
cem in capitulo, quāuis ēt iniuſtè illi priuati dici poſ-
ſent: nam ex quo ipſi non fuerunt expulſi de monaſte-
rio, ſed ſolū priuati prioratibus, prælaturis, & officiis,
quæ poſſidebant, non debent audiri petentes reſtitu-
tionem. arg. c. cum ad monaſteriū. §. tales. & in §. ab-
bas. de ſta. mo. & hoc uoluit Inn. in c. pe. de accu. & rō
eſt, qm̄ tales ſic amoti non proprio noīe monaſterij
hmōi prælaturas, officia, & adminiſtrationes poſſide-
bant, nec monaſterium dr̄ ſpoliatum, cū poſſideat, er-
3 go nō debent reſtitui, ac ēt quia † tales Priores, & Ab-
bates conuentuales pn̄t abſq; cā remoueri ad ſolum
nutum Abbatis, & Superioris. d. §. tales. & hr̄ per gl. in
c. 2. in fi. de ſta. mo. & prout ex conſtitutionibus dictæ
religionis, & indultis illi conceſſis cauetur. Præterea
4 † præuaricatores ordinis, aut contemptores, ſeu ne-
gligentes, non ſolum ab officio ſunt deponēdi, ſed &
alio modo ſm̄ rł̄am ab Abbate ſunt caſtigandi. d. c.
cum ad monaſterium. §. abbas. ¶ Sed præmiſſis non
5 obſtantibus, ꝯrium eſt concludendum, ꝙ † hmōi pri-
uatio, amotio, & declaratio ꝯ dictos fratres, & eiſdē
adhærentes, & denunciantes, & inſtantes ſuper corre-
ctione, & reformatione in capite, & in mēbris ad ho-
norem, & utilitatem, ac bonum totius congregatio-
nis facta per dictum Reuer. Abbatem, ut ſupra, denū-
ciatum, uel per aliū pro ipſo negotio ſuper dicta cor-
rectione, & reformatione iam cœpto ſint relaxandæ,
& fratres ſic ſpoliati, & amoti ſint ad eorum prælatu-
ras, officia, & ad alia, quibus fuerunt priuati, ex offi-
cio Papæ reſtituendi, ut eſt text. clarus in d. c. pen. ex-
6 tra de accuſ. Nam † pendente, & cœpto iam negotio
inter ſuperiorem, & ſubditos ſuper criminibus ſupe-
rioris, ſeu ſuper correctione, & reformatione in capi-
te, & in membris, debet ipſe ſuperior interim ab om-
ni proceſſu contra ſubditos inchoando abſtinere, per
quem poſſet impediri negotij principalis, hoc eſt re-
formationis, & correctionis proſequutio: & ideò ſi
contingeret interim proceſſum aliquem contra ſub-
ditos fieri, illoſq́; priuari, & amoueri, poſſunt ipſi pe-
tere ſaltem implorando officium ſuperioris, puta Pa-
pæ, ſe contra Abbatem, & ſuperiorem reſtitui, quo-
niam ſic illicitè, & malitioſè cenſentur priuati, & ſpo-
7 liati, quinimmò † tales ſubditi denunciantes, & in-
ſtantes ſuper reformatione, & correctione hmōi, &
& ſic iſto modo ſpoliati, & priuati, ſi eis expenſæ, illiſ-
q́ue neceſſaria ab ipſo Abbate, illiq́; adhærentibus de-
negarentur, poſſent, ac eis licitum eſſet ſibi ius pro-
pria auctoritate dicere, & propria auctoritate, inuito
Abbate, capere de bonis monaſterij, ſibiq́ue prouide-
re, neque ex hoc poſſet contra illos agi, nec excipi de
ſpolio, cum ipſius monaſterij utilitatem, & bonum
procurent, ita probatur in d. c. fi. & ibi Abb. & alij ca-
noniſtæ communiter, & facit in ſimili id, quod habe-
tur in d. c. fi. de accu. & in c. uenerabili. cum ibi no. de
8 offi. dele. Nam † pro utilitate, & bono monaſterij præ-
fertur minor pars capituli, quia cenſetur melior, & ſa-
nior pars, maiori parti capituli, & conuentus, ut in c.
quanto. de his, quæ fi. à præl. ſine conſen. cap. & c. j. cū
ibi not. de his, quæ fi. à ma. par. cap. Et faciunt ad præ-
9 dicta etiam illa, † quæ uoluit Inno. in c. inſinuante. qđ
eſt c. fi. qui cle. uel uouen. qui dicit, ꝙ ſi caſus occurre-
ret, in quo Abbas, uel ſuperior vellet ex malitia remo-
uere eum, quem deputauit, & quem aliàs ad nutū re-
mouere poſſet, ille poſſet ſupplicare ſuperiorem, &
ſuperior illum audire deberet ad ſimilitudinem ſer-
ui. l. 1. C. de prec. imper. offer. Accedant etiam ea, quę
uolunt Ioan. Andr. & alij, maximè Moder. in c. cum
ſingula. de præben. in 6. ubi dicunt per not. ab Inn. in
d. c. inſinuante. ꝙ ſi Prior, qui aliàs poteſt remoueri
ad nutum Abbatis, remoueatur ſine iuſta cauſa ex o-
dio, uel alia iniuſta cauſa, talis Prior poteſt querelam
deponere coram ſuperiore ipſius Abbatis, ſupplican-
do ad inſtar ſerui, & per ſuperiorem talis uolūtas ſub
rōne reſtringetur, ut habetur per Io. de Imo. in clem.
quia regulares. de ſuppl. negl. præl. referendo Do. An-
tonium de But. qui dicit, ꝙ ſi Abbas remouet Priorē
clauſtralem ex cauſa iniuſta, & ex malitia, & hoc ap-
pareat, tunc reuocatio, & remotio nō ualet, & poteſt
officium ſuperioris implorari: & ita eſt de mēte Flo-
ria. ibi, & ſequitur Philip. Peruſi. poſt Pet. de Anch. in
d. c. cum ſingula. & ſecundum prædicta debent decla-
rari illa, quæ habentur in c. 2. §. priores. per gloſſ. & in
c. cum ad monaſterium. §. tales. cum ſim. de ſtatu mo-
nac. dum ibi præſupponitur, quòd Priores clauſtrales
poſſint remoueri ad ſolum nutum Abbatis, quia de-
bent intelligi, quando conſtaret, quòd remotio fie-
ret ex cauſa iuſta, ſecus ſi conſtaret, quòd ex malitia,
10 & ex cauſa iniuſta, & † conſtare dicitur hoc ex mali-
tia, & iniuſta cauſa fieri, quando fuiſſet remotio, & pri-
uatio facta per Abbatem, cœpto negotio correctio-
nis, & reformationis contra Abbatem ex denuncia-
tione Prioris remoti, ut eſt tex. & ibi Abb. do. Ant. &
alij omnes in d. c. pen. de accu. & hæc ſunt expreſsè de
mente Philip. in d. c. cum ſingula. in princ. in ult. col.
ergo contra Abbatem remouentem in hoc caſu po-
teſt implorari officium ſuperioris, & conſequenter
11 Papæ, † ad quem, omiſſo quocunque alio medio, po-
teſt recurſus haberi. c. ad Romanam. 3. q. 6. iunctis ijs,
quæ poſt alios uolunt dom. Anto. & Abb. in d. c. pen.
& in c. cum dilecta. in glo. fi. de reſcr. ¶ Præterea cum

pro reformatione facienda in capite, & in membris
contra dictum Abbatem fuerit recurſum ad Papam
exiſtentem extra vrbē in ciuitate Bononiæ, & alibi, &
12 †ꝯñr cum negotium fuerit inchoatum coram Papa,
ad ipſum ēt ſuper omnibus incidentibus, & dependē
tibus eſt recurrendum, nec alius inferior pōt ſe intro
mittere ſuper hac cognitione priuationis, & remo-
tionis.arg.c.ut noſtrum.cum ibi not.de app.c.nomē.
2.q.1.c.licet.de off.leg.& c.eccleſia.il 2. ut lit. pendē.
& ex his infertur, ꝙ cum negotium reformationis, &
correctionis eſſet coram Papa inceptum ꝯ Abbatē,
& adhærentes ſuos, non licuit Abbati, nec alteri infe-
riori, ad quem aliàs ius procedendi ſpectaſſet, ꝯ denū
ciantes, & procedentes aliquid attentare, & innoua-
re, cum iam illud effectum fuerit negotium Papæ. d.
13 c.ut noſtrum.& per Abb.in d.c.pen. ¶ Qñ † aūt nego-
tium dicatur cœptum ad hoc, ut non poſſit hmōi pri
uatio, & remotio fieri, in hoc dico recurrendum eſſe
ad ea, quæ uoluit Ant.in d.c.pe.de accuſ.in 3.q. quem
ſequuntur Anan.Feli.& alij ibi, qui uoluit negotium
dici cœptum quò ad hunc effectum, qñ monachi ſub
diti iter arripuerunt ad ſuperiorem, uel ad Papam cō
tra Abbatem propter inquiſitionem impetrandam,
ſeu denunciationem faciēdam.c.dilecti.& c. de prio-
re.cum ibi not.de app. ſed in caſu noſtro præfati fra-
tres remoti, & priuati nedum iter arripuerunt ad Pa-
pam, ſed etiā illi denunciauerunt, & ab eo petierunt
reformationem debere fieri in capite, & in membris
pro bono publico dictæ congregationis, ergo nego-
tium dicebatur cœptum tpe, quo præfatus Abbas, &
alij prælati ei adhærentes ex literis Reuerendiſs. Dñi
Protectoris amouerunt, atq; priuauerunt dictos fra-
tres Abbatia, & Prioratu, & cōſequenter ſumus in ca
ſu d.c.pen.& eorum, quæ ſupra diximus. Et quamuis
ex prædictis colligi poſſit rñſio ad ea, quæ ſupra in cō
trarium adducta fuerunt, tamen ſpāliter reſpondēdo
dico, in primis non obſtare conſtitutionem dicti mo
naſterij, quia illa habet locum, quando aliquis mona
chus, ſeu prælatus dicti monaſterij malitioſè, & frau-
dulenter ſtatum quietum dictæ congregationis tur-
baret, & contumaciter, & malitioſè, & abſq; iuſta, &
legitima cauſa ſe contra Abbatem dicti monaſterij
opponeret. Sed in caſu noſtro dicti frater Vincētius,
& frater Ioannes Bapt.& alij illis adhærentes, qui fue
runt priuati, & amoti, non malitioſè, nec malo ani-
mo, & contra utilitatem monaſterij ſe oppoſuerūt re
gimini dicti Abbatis, & ſuorum adhærentiū, ſed bo-
no animo, & pro cōi utilitate totius congregationis,
vc3, pro reformatione, & correctione facienda in ca-
pite, & ī membris, ut notorium eſt, & maximè prout
notum eſt Sanctiſs.D.N.Papæ, quæ dr̄ iuſta, & legiti-
ma cā, propter quam quis potius eſt laudādus, quàm
grauandus, ut eſt tex.in d.c.pen.de accu. & c. uenera-
bili.cum ibi not.de off.deleg.ergo ob hanc cām præ-
fati fratres non potuerunt pęna dictæ conſtitutionis
puniri, nec grauari, & grauati, ſeu priuati, & remoti
debent ex officio Papæ reſtitui, ut in d.c.pen.cum ibi
not.per do.Anto.Abb.& alios, & in c.cum dilecta. in
glo.fi.de reſcr.cum iis, quæ habentur in d. c. cum ſin-
gula.de præb.in 6.Præterea illa conſtitutio emanauit
ad effectum, ne turbaretur pacificus ſtatus dicti ordi-
nis, petere autem reformationem in capite, & in mē-
bris dicti ordinis, non eſt turbare illius ſtatum pacifi-
cum, ſed eum augere, & ad quietem reducere, ut in
d.c.pen.cum ibi not. & cum ſim. quæ poſſent allega-
ri, ergo &c. ¶ Non obſt.ſecūdum, de quo ſupra, quia
14 reſpondetur, † quòd quamuis uia ordinaria tales fra-
tres remoti non poſſint petere ſe reſtitui, tamen poſ-
ſunt hoc petere extraordinariè, implorādo officium
ſuperioris, hoc eſt Papæ, per text.in d.c.pen. ut uoluit
ibi Doctorum communis ſchola, qui ſic declarāt ver
ba Inno.ut habetur per dom.Ant.Abb.Anan. Feli. &
15 alios. Præterea † monachus remotus ab Abbatia, ſeu
à Prioratu conuentuali, & clauſtrali, qui aliàs non po
teſt petere reſtitutionem. d. c. cum ad monaſterium.
§.ad tales.& in c.2.cum gl.in fi.de ſta.mo.ſi fuerint re
moti ex odio Abbatis, & ſuperioris remouentis, & ſic
ex iniuſta cā, quod pręſumitur ex eo, ꝙ fuerunt remo
ti ab Abbate denunciato, & poſt petitam ab eis corre
ctionem, & reformationem in capite, & in membris,
& poſt denunciationem ab eis factam contra Abba-
tem, & ei adhærentes, debent reſtitui ad eorum prę-
turas, & officia, tanquam priuati, & remoti ex cā iniu
ſta, & ex odio, ut uolunt Doct. & maximè Mod. in d.
c.cum ſingula.in prin.per tex.in d.c.pe. & ſupra dixi,
& conſequenter infertur, ꝙ præſati fratres remoti, &
priuati, ut ſupra, non fuerunt, nec dici potuerunt re
belles, & inobedientes, ex quo propter bonum publi
cum totius ordinis inſtiterunt, & inſtant coram S. D.
Noſtro ſuper dicta reformatione, & correctione fa
cienda in capite, & in membris, quæ omnino facien-
da eſt, ſi appareat, & utile ſit illā fieri pro pacifico ſta-
tu dictæ congregationis, & animarū: & ideo ob hanc
cauſam, non obſtantibus cōſtitutionibus, & indultis
dicti ordinis, licitum eſt monachis, & prælatis illius
recedere ab obediētia Abbatis, & accedere ad curiā,
& ad pedes S. D. N. pro huiuſmodi reformatione fa-
cienda, abſq; timore alicuius pœnæ, quæ non habent
locum in caſu iſto, ſed ſolum quando aliquis malitio
ſè, & abſq; cauſa iuſta concernēte bonum publicum
accedere uellet, ut in d.c.pen.c.ad Romanam. 3.q.6.
& c.prior.cum ibi not.de appel. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Eccleſiæ ad reparationem pontium, & uiarum cum laicis confe-*
runt, atque contribuunt.
Et an ſit uerum.nu.21.
2 *Leges ciuiles diſponentes eccleſias cum laicis teneri ad onera cau-*
ſa neceſſitatis, & communis utilitatis impoſita, & præcipuè ſi
pietatem ſapiunt à iure canonico dicūtur approbatæ, & in utro
que foro ſunt ſeruandæ. contra nu.22.
3 *Eccleſiæ ad onera maximè patrimonialia neceßitatem, & commu*
nem etiam clericorum utilitatem reſpicientia unà cum laicis
tenentur.
4 *Et an, & quomodo hoc ſit uerum, & eccleſiæ ad ea cogi poſſint. &*
nu. 5.12. & 13. ubi hoc declaratur.
6 *Eccleſiæ ad ſolutionem gabellæ, & datiorum tenentur, & quando.*
& num.8.
7 *Eccleſiæ, quando, & ad quæ onera unà cum laicis contribuere te-*
neantur.
9 *Clericorum, & eccleſiarum bona, dicuntur bona pauperum, & pro*
redemptione, & alimonia pauperum alienari poſſunt.
10 *Eccleſiæ ad onus rebus impoſitum ante, quàm res illæ ad eccleſias*
peruenirent, tenentur.
Et quomodo hoc procedat. nu.29.
11 *Lex interpretans in dubio debet intelligi in terminis legis inter-*
pretatæ.
12 *Cap. non minus. & c. aduerſus. de immun. eccl. de quibus oneribus*
intelligant. & nu.18.
14 *Clerici ad onus extraordinarium unà cum laicis ſoluendum incon-*
ſulto Papa ſe impunè obligare nequeunt.
15 *Clerici, & eccleſiæ ad onus extraordinarium regulariter non te-*
nentur.
16 *Ad onus perſonis pro rebus impoſitum nec clerici, nec eccleſiæ, nec*
laici ciues non ſubditi tenentur.
17 *Et conſuetudo contraria ſolum laicis, & non clericis, nec eccleſijs*
nocet.
18 *Cap. 1. de imm. eccl. in 6. & in c. quanquam. de cenſi. eo. li. de-*
clarantur.
19 *Impoſitiones ſpeciales, quæ ſint, & quando ad eas nec eccleſiæ, nec*
laici forenſes teneantur.

Eccleſię

20 *Eccleſiæ an ratione pietatis ad onera unà cum laicis contribuere teneantur.*
21 *L.ad inſtructionem.& l.neminem.C.de ſacroſ.eccle.correctæ.*
22 *Leges imperiales expreſſè diſponentes, & mentionem facientes de eccleſiis etiam ad earum fauorem ſunt ipſo iure nullæ.*
Idẽ, & magis de opinione Doct.ſuper his legibus fundata.nu.24.
23 *Opinio doctorum etiam communis reijcitur, quando reperitur expreſſa iuris diſpoſitio in contrarium.*
24 *Diſpoſitio legalis neceſſaria, doctorum uerò magiſtralis.*
25 *Clerici ad cuſtodiam ciuitatis quando unà cum laicis teneantur.*
26 *Onera quę dicantur à ſacris canonibus prohibita clericis imponi.*
27 *Lex referens declaratur, & interpretatur à lege relata, & omnia in lege relata dicta cenſentur poſita in lege referente.*
28 *Principium conſtitutionis inſpiciendum tanquam fundamentum, quando generale eſt, & ab eo ſumenda eſt interpretatio.*

EPITOME.

Ecclesias, & clericos tam de iure cõi, q̃ ex literis apoſtolicis, de quibus hic mentio habetur, ad onera hic expreſſa perſonis ipſis pro rebus impoſita, etiam communem utilitatem, & neceſſitatem continentia non teneri unà cum laicis contribuere, demonſtrat̃.

CONSILIVM XXXI.

Consvltatio hæc noſtra in præſenti cau-
ſa tendet ad determinãdũ, utrum clerici,
& aliæ perſonæ eccleſiaſticæ habentes bo
na ſtabilia in ciuitate, & territorio Ferra-
riẽſi ultra onus annuatim, durãte anno duodecimo,
ipſis impoſitũ pro conſtructione, & reparatione ripa-
rum, & aggerum Padi, & murorũ ciuitatis, ac põtiũ,
& aquæductuum, nec non pro ſtudij generalis in di-
cta ciuitate conſeruatione, de quo in diuerſis literis
apoſtolicis à diuerſis Pontificibus, & præcipuè à Pau-
lo ij.emanatis, ad aliud onus ex cauſis prædictis iniun
ctum, & ut vulgo dr̃, pro cornellis, & paraduciis, quæ
fiunt pro tuitione, & conſeruatione dictorum agge-
rũ, uirtute dictarum literarum, uel ſaltem de iure cõ-
muni teneantur, & ad cõtribuendum à cõmunitate,
& ciuibus dictæ ciuitatis quoquo modo cogi poſſint.
Quæ materia quãuis ob uarias opiniones Doct. anti-
quorũ, & modernorum tam canoniſtarum, q̃ legiſta
rũ & in lecturis, & in conſilijs in ſe ualde difficilis, &
intricata reddatur, tamen in caſu occurrẽti facile erit
pedes firmare, & alteri parti adhærere, ut ex infra dicẽ
dis liquidè conſtabit. Et in primis pro parte cõitatis
Ferrarienſis, & ad illius fauorẽ plura facere uidentur,
1 primo † tex.in l.ad inſtructionem, aliàs ad inſtructio-
nes.& in l.neminem.C.de ſacroſ.eccl.ubi eccleſiæ ad
reparationẽ pontium, & uiarũ contribuere, & confer
re tenentur: & dicit Do. Card.in c.non minus. de im-
2 mu.eccl.ꝙ † leges ciuiles diſponentes eccleſias tene-
ri cum laicis ad onera, quæ imponuntur cauſa neceſ-
ſitatis, & cõis utilitatis, & præcipuè ſi ſapiunt pietatẽ,
approbatæ à iure canonico dicuntur, & ſic ſeruandæ
ſunt in utroq; foro, qm̃ cum non ſint reprobatæ, illis
ſtandũ eſt.c.cũ expediat. de elect.in 6. & in hoc Doct.
magis cõiter concordare uidentur allegãtes dicta iu-
3 ra ciuilia cõtra eccleſias. ¶ Secũdo. optimè facit † tex.
in c.peruenit.de immu.eccl. iuncto c.igitur.cum ſeq.
& ſeq.23.q.8. ubi clerici, aliæq; eccleſiaſticæ perſonæ
tenentur aduerſus inuadentes, ſeu aggredientes ciui-
tatem, & loca chriſtianorum arma ſumere, & ciuita-
tem unà cum laicis pro neceſſitate, & cõmuni utilita
te cuſtodire: ſed onera, de quibus agitur, neceſſitatẽ,
& cõem utilitatẽ etiam clericorũ reſpiciunt, cũ ſint
impoſita pro reparatione riparũ, & aggerũ Padi, & di
cuntur eſſe onera patrimonialia, ut infra dicetur, qa
imponunt̃ clericis pro rebus ſuis, uidelicet ad ſoluen
dũ certum quid iuxta uires facultatũ, & ſui æſtimi, er-
go magis ad hæc onera ſoluenda tenẽtur, cum eccle-
ſiæ, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ magis ad onera realia,
& patrimonij teneantur, quã ad merè perſonalia, de
quibus in d. c.peruenit. cũ ſi. ut eſt de mente omniũ,
& maximè Abb.in d.c.non minus.poſt Inn. ¶ Tertio
adduco id, quod uoluit Abb.in d.c.nõ minus. in pen.
4 col.in uer.fateor tamen &c.dicens, † ꝙ pp cõem etiã
utilitatem, & neceſſitatẽ clerici nõ tenentur ad one-
ra, niſi illa fuerint impoſita de eorum conſenſu, ſed ſi
clerus abſq; iuſta cã nollet conſentire, tunc populus
poteſt adire ſuperiorẽ eccleſiaſticũ, qui clericos com
pellat: & quod hoc in caſu non eſt opus Papã conſu-
li, eiusq; licẽtiam haberi, iuxta c.aduerſus. de immu.
eccle. qm̃ impenſa eſt facienda, & onus eſt impoſitũ
non ſolum propter utilitatẽ publicam, ſed ẽt propter
utilitatẽ priuatã, & particularẽ ẽt eccleſiarũ, & bono-
rũ ſuorũ, & ſic ſecundum Abb. ſumus extra caſum d.
c.aduerſus. qui loquitur, quando onera eſſent ſolum
ad utilitatẽ publicam: dicitq; ibi Abb. hæc dicta ſua eſ
ſe benè notanda tanquam optima, & à nemine conſi
derata. ¶ Quarto ponderãdæ ſunt in hoc literæ apo-
ſtolicæ tam Pauli, q̃ aliorum pontificum tam̃ cõitari
Ferrariæ, q̃ clericis dictæ ciuitatis conceſſæ, in quibus
cauetur ipſos clericos, ſeu eccleſiaſticas perſonas nõ
debere, nec poſſe ad aliud onus cogi ultra id, de quo
in dictis literis, qđ ab ipſis ſacris canonibus exigi pro-
hibeatur, ergo ſi à ſacris canonibus prohibitũ non re-
periatur, illud exigi poterit: ſed onus, de quo agit̃, nõ
eſt à ſacris canonibus prohibitũ, immò permiſſum;
cũ fuerit, & ſit impoſitũ ob neceſſitatem, & cõtineat
cõem, & priuatã utilitatem etiam eccleſiarũ, quia ſic
bona particularia eccleſiarũ conſeruantur, & à peri-
culo inuaſionis, & inundationis aquarũ defendũtur,
quo caſu de iure etiam canonico tali oneri eccleſiæ
ſubijciuntur. d.l.ad inſtructionẽ.cum ſi. ſupra allega.
ergo ex diſpoſitione, & mente dictarum literarum ec
cleſiæ huic oneri contribuere tenebuntur. Pondero
etiam dictas literas Pauli ij. à cæteris Romanis ponti
ficibus confirmatas in illa parte, qua inhibetur, ne ſu-
pra id, quod dictum erat, clerici tam regulares, q̃ ſecu
lares angarientur, ſeu aggrauẽtur occaſione quorũ-
cunq; ſecularium onerum, ergo ſi eſſent onera, quæ
reſpicerent ẽt clericos, & perſonas eccleſiaſticas, qua
le eſt id, de quo agitur, cũ ſit impoſitum pro neceſſita
te, & cõi utilitate etiã eccleſiarũ, ut dictũ eſt, & de ſe
patet, clerici profectò ad illa poſſent angariari, & ag-
grauari. ¶ Quinto hãc opi.ↄfirmo auctoritate pluriũ
5 Doct.& fortè magis cõmuniter, qui uolunt, † ꝙ ubi
neceſſitas magna, & utilitas cõis particularis etiã ec-
cleſiarum uerſatur, laici auctoritate iudicis eccleſia-
ſtici poſſint cogere clericos ad cõtribuendum abſq;
aliqua ſedis apoſtolicæ conſultatione, ut in terminis
uoluit Abb.in d.c.nõ minus.in pen.col.uer.fateor ta-
mẽ quod. idem & ferè in terminis noſtris uoluit Pet.
de Anch.in d.c.non minus.per tex.in d.l.ad inſtructio
nem. cum ſi. dicens, ꝙ circa murorũ conſtructionẽ,
& refectionẽ neceſſariã, ut propter guerrã, uel illius
ſuſpitionem, eccleſia tenetur contribuere, ſecus quo
ad uoluntaria, ut etiam uoluit Iacob. Butrig.in d.l.ad
6 inſtructionem. dicens etiam, ꝙ † eccleſiæ ad ſolutio-
nem gabelle portarum pro plauſtris, & curribus tenẽ
tur, ſi gabella conuertitur in reparationẽ uiarũ, & põ-
tium: qm̃ ita de eccleſiæ, ſicut de priuatorum utilitate
agitur: & ex his Pet.de Anch.in d.c.non minus. gene
7 ralẽ inferebat doctri.ꝙ † quoties tractatur de genera-
li, & cõi utilitate tam clericorũ, q̃ laicorum ſimul, &
mixtim, tunc clerici tenentur unà cum laicis ad one-
ra à ciuitate impoſita contribuere: & ideò aliàs con-
ſultum fuit, prout aſſerit ſe audiuiſſe, quòd eccleſia ẽt
teneri debet ad aggeres, qui fiunt in littore maris ad
euitandũ inundationes, quæ damnum oĩbus paſſim